

Acclamations fausta
DN. ANDREAE VALTHERO
Pyricensi Pomerano,

IVVENI ERV
DITIONE ET VIRTUTE
PRAESTANTI, SUMMAM
in Philosophia lauream,

RECTORE MAGNIFICO
DN. SALOMONE GES
NERO, SS. THEOLOGIAE DOCTORE
& Professore publico;

DECANO SPECTABILI,
DN. MELCHIORE IÖ,
STELIO MATHEMATVM PROFES
sore publico, & Medicinæ Doctore, in in
cluta VVittebergensium Academia capienti vna
cum aliis 30. Candidatis, Pridie Kalend:
Aprilis, anno Epochæ Christianæ
M. D. C. I.


ab Amicis nuncupatae,
VVITEBERGAE,
Typis Zachariae Lehmanni.

Biogr. erud.

D. 1690, 64

44 Hist. Erud. Jürg. - Vol. 100

Faint, mirrored text bleed-through from the reverse side of the page, including words like "FIVE", "DUAL", and "LECT".



VITE nocturnis manibus, manibusq; diurnis
Versantem vidit Divus Appollo libros,
Huc ait: exclamans, properate, Heliconis a-
Vestro opus est etenim jam mihi consilio, (lumen
Nec mora; moriger & patrijs mox jussa facessunt,
Qui prior hac imo pectore verba refert:
Ille meus cultor quo non studiosior alter
WALTHERVS vestri & amator item
Musa Maonides, est quo nam dignus honore?
Dicite: nam poscit premia digna labor.
Sic Phœbus, referunt, omnes uno ore sorores;
Cultores nostros laurea ferta decent.
Annuit atq; immarcescenti frigore lauro,
Imponit capiti ferta parata tuo.
Atq; ait ô iuvenis cape premia parta labore,
Ingenioq; tuo premia digna cape.
Nec tibi sufficiat titulum meruisse MAGISTRI:
Sed titulo accrescat nominis usq; decus.
Quod precor. Eveniant summi presagia Phœbi,
Illud & eventus res probet acta suo.

Rudo Iphus à Nostitz.

Non certe ignoro quam sit mihi curta suppellex,
Vena brevis compto verba ligare stylo:
Ludit enim exiguo mihi vena poetica versu,
Quam parco dives jure Minerva dedit:

A 2

Non

Non magis ignoro, Momus quam verba diserta
Trudat: Sed parvi hæc mens generosa facit.
Sic quamquam jejuna, scio, mihi Musa sit: unde
Haud dubiè Momus, quod malè carpat, habet:
Attamen ingenuæ virtuti præmia danda,
Quæ bene Phebeis labra rigavit aquis.
Hinc grator V V A L T H E R E tibi mi jura Magistri
Debita, quæ tanto Phœbus honore dedit.
Singula dispereunt: virtus & gloria Phœbi
Quam felix habeas, nescia sola mori.

Christopherus ab Haugevvitz.


Dum tibi jam clarum nomen titulumq; Magistri
Largitur docti, docta corona virum.
Gratulor, ecce, tibi, ceu deo, Docte Magister,
Et mecum lætâ gaudeo mente simul.
Felix qui potuit studiorum carpere frugem,
Et celebre è studijs nomen habere suis.
Quod tibi cum tribuit studiorum præses & auctor
Christus, qui nostri verus Apollo chori est,
Cura sit in Christi conferre hæc munera laudem,
Pro meritisq; ipsi dicere grata Deo.

Hieronimus Otto à Kyssenvveter.


Conmoda conquirunt multi per saxa, per ignes,
Per mare, per terras, lucro ducit opes.
At TE Musarum saturavit grata voluptas,
Et jucunda quies, quam sacra turba facit.
Sortis

Sortis opes, opibus mentis, non præposuisti
VVALTERE; hæc homini; casibus illa subest,
Ergò nunc meritò Sophiæ decoraris honore,
Estq; novus studijs, nomen habesq; novum.
Hæc tibi grata, mihi pergrata, meisq; tuisq; :
Sic tuus æterno flore virebit honos.

Iohannes Georgius à Kysen v. veter.

 *ic juvat Aonias animum excoluisse per ar-*
tes,
Debita cum studijs munera reddit honor.
Munera quæ præstant argenti auriq; talentis,
Ac illo quod plus mobile vulgus amat.
Hæc tibi Leucoreis meritò nunc præbet Athenis,
Fama clarorum lecta corona virum.
Dum Te præclaro dignatur honore Magistri;
Sedula quod meruit cura laborq; frequens.
Maacte novâ virtute tuum nomenq; per annos
Ut crescit, crescat, sic mage clarus eris.

Sigismundus Tanner.

 *ortis erat, minime succumbere pondere rerum,*
Verum onus ad finem sustinuisse suum.
Sic & tu Andrea es tam re, quam nomine fortis,
Qui non in study limine sistis iter;

A 3

Sed

*Sed bene continuas & finis ad usq; coronam
Qua sequitur merces, qui bene gessit opus.
En! à Philosophis tibi nunc concernitur illa,
Accipe, fer fortis magna ferenda manent.*

M. Petrus Grabovius Ludi Re-
ctor V Viteberg:



Vo te Philosophæ IOSTELIVS Arbitræ
urnæ

Maclat honore, metro me celebrare rogas.
Non opus est, VVALTHERE: tuæ præconai
Laudis,

Sat canit ipse novæ conditionis honor,
Et doctrina tua est, virtusq; domestica testis:
Non eget ille alio, qui sibi testis erit.
Ergo Magisterij benè cedat ut iste triumphus,
His precor octonis (quod precor, esto!) stichis.

M. Fridericus Balduinus
Dresd. P. C.



*Iræ duriculo diei cur nomine gaudes.
Duricies animi cum tibi nulla subest?
Cum placida Aoniæ placido sub pectore regnant,
Musarum placido concomitante choro?
Fortè quod assiduâ vi, vel quod forte labore
Assiduo tractas cepta, vocatus ita?*

Sic est

Sic est. Nam titulus satis hoc ostendit honorum,


Qui meritis meritis competit usq; viris.

Competat is meritis, paret is meritoq; favorem;

Sic VVALTERVS eris nomine re q; novus.

M, Gotfridus Martini Torg. LL.

studiosus E.

 *Vggerit auriferos Mihi non jam Lydia fon-*
teis;

Nec pulcher Ganges, atq; auro turbidus Her-
mus;

Non Tagus Eöas undas Mihi pandit opacus;

Non TE Ego gemmarum precio, Scythicisq; Smara-
gdis;

Non Ego TE solido, quod septima fusile fecit

Flamma coquens, auro, possum donare Magistrum;

Sed quod ab Eöis ophyre, TE, clara caminis,

Auro, missiculat; num jam donabo Magistrum?

Dignior argento es; multò es præstantior auro;

Æsq; valet nullum virtutem æquare paratam.

Nam genitrix virtus TE, acri prognata labore,

Progenit subolem, quæ fulvo dignior auro est.

TE subolem genuit, clarum præstatq; Magistrum.

O subolem dignam flabris vitalibus aure

Perpetuis. Crescat TIBI honor sudore paratus

Ingenuo:

*Ingenuo : fructus faciat T E ferre salubreis ;
Qui terra, pelagiq, potens, orciq, poli q,*

Johannes Scheinpflugius Dres
dâ - Mysius, Alumnus
Electoralis.

FINIS.

